

«Orator noster quem apud celsitudinem tuam habemus misit ad nos copiam responsi super adventu tuo ad dietam accepti quod profecto neque expectationi nostre neque necessitati satis respondet. . . .». Venga in persona a Mantova.¹ «Nemo profecto erit qui te cessante non sibi honestum putet cessare. Pro honore igitur Germanie nationis et gloria nominis tui, pro salute etiam christiane religionis cui gradus tuus imprimis est debitor velit serenitas tua super hoc actentius cogitare et omnino ad conveniendum mentem disponere».

Lib. brev. 9, f. 6b. Archivio segreto pontificio.

6. Papa Pio II all'imperatore Federico III.²

Siena, 26 febr. 1459.

Rifiuta di dare un consiglio intorno all'assunzione della corona ungherese; vedi RAYNALD 1459, n. 14 «. . . Quod autem ob hanc solam causam adventum tuum ad dietam excusas, hoc nobis valde est grave non solum quia exemplo tuo multis convenire cura non erit, sed quia plane videmus rationem pii consilii nostri impediri vel certe in longum differri. . . .».

Lib. brev. 9, f. 15b. Archivio segreto pontificio.

7. Papa Pio II all'imperatore Federico III.³

Siena, 28 febr. 1459.

Ex urbe primum diem discessus nostri et mox ex arce Spoletana⁴ progressum itineris et alia quae oportuna sunt visa tue celsitudini significavimus. Nunc autem eidem eciam nunciamus nos iuvante altissimo Senas iam pervenisse et hic non longa facta mora ad civitatem Mantuanam recto itinere profecturos sublimitatem tuam hortantes in domino et per salutem christiani populi in cuius protectione una nobiscum Deo es debitor ex corde requirimus ut preces nostras tocies super personali tuo adventu iteratas exaudire clementer velis sciens te unum esse in quem respiciunt ceteri et qui tuo exemplo ad res prospera vel secus gerendas dare in utramque partem momentum maximum potes. Velis in hoc diligenter actendere quid a te in tali necessitate requirat Deus, qui honor tuus expostulet et quid nostra toti orbi nota conditio flagitet. . . .

Lib. brev. 9, f. 20 Archivio segreto pontificio.

¹ Cfr. in proposito FRAKNÓI in *Ungarisch. Revue* 1890, 408.

² Cfr. sopra p. 50.

³ Cfr. sopra p. 42.

⁴ Vedi n. 5.